10.B/41-005

Carissime Dom: Collega!

Loco Catalogi seminum usitati indicem hac vice plantarum omnium in horto Pragensi cultarum Tibi transmitto, in quo simul omnes species virgula notatas invenies, quorum semina pro commutatione praesto sunt. – Post brevem uti spero perlustrationem catalogi hujus judicium Tuum de horto nostro publice prolatum quoad numerum plantarum |: piccole collezioni! :| nimis praematurum apparebit.

Licet autem hortus Pragensis cum novissimis comparationibus jam ultra 14000 contineat species, multae tamen adhuc deficiunt, quae in horto Patavino coluntur, quarum indicem hic adjicio, rogans, ut illas mihi indicare velis, quae multiplicata apud te existunt, huncque indicem una cum simili secundum Catalogum Pragensem a te confecto mihi remittas, ut et ego par sim absque magno temporis dispendio Tibi omnes species notas facere, quae mense Majo, si placet, Tibi mittere valeo.

Fave

Tuo

sincero amico et Coll.

V. F. Kosteletzky

Pragae 4 Februarii 1845.